

- 18 *Fructus indebiti exacti extenuant sortem. Declara ut n. 19.*
- 20 *Pactum, quod in revenditione census pretium erogetur, in emptione stabili, vel alterius census, licitum est.*
- 21 *Hæredes factum defuncti impugnare nequeunt. Verbum refertur ad personam, cui immediatè cohæret.*

Binas in judicio utilis Salviani sententias Abbas, & Monasterium Sanctæ Crucis in Jerusalem obtinuerant contra Modernos possessores domorum, de quibus agitur, olim spectantium ad Joannem Franciscum Salomonium super immmissione occasione Censuum scutorum mille, & bis centum per Lelium Petronium impositi super proprio fundo favore Petri Pauli Amodei, deinde verò delati ad Angelam ipsius Uxorem ratione suæ dotis, & ab hujus hæredibus præfato Monasterio Sanctæ Crucis translative postmodum cessi, super quarum executione conformium juxta dispositionem Statuti Urbis, lib. 1. cap. 180, dubium hodie proposui, & articulo per tres vices maturè discussio, non esse locum Statuto responsum fuit, Justitiæ tamen fundamento innoxas esse utraq; Sententias.

Siquidem Statuti dispositio Cives solummodo, & Incolas comprehendit, ac Urbis districtuales secundum alterius præcedentis Statuti sanctionem eod. lib. 1. c. 42. ut ponderavit Rota dec. 662, n. 2, p. 1, recent. & coram bon. mem. Coccino decif. 427. n. 3, ne harum proinde Sententiarum executionem poterit operari, quæ editæ quoque fuerant pro Monasterio Sancti Martini de Bosis Diocesis Parmen. ut monitorium, cæterarumque acta subsequuta demonstrant, & ejusdem Monasterii principale interesse concernunt, dum pro sui cautione emptio Censuum præcipuè facta fuit ex pretio domus eidem venditæ; Et licet in solidum stipulata fuerit eadem cessio à Monasterio S. Martini, & Monachis Sanctæ Crucis de Urbe, existentibus proinde sub Statuto, ejus tamen dispositio non admittitur in hoc casu tanquam mixto, nec consequenter comprehenso sub Statuto, ut notat Bart. in l. certi conditio §. 1. ibique Jaf. n. 5. Soccin. n. 18, ff. de reb. cred. Rota coram bon. mem. Urgellen. decif. 36, n. 36, & coram Mellino ibi n. 1. & in Bononten. pecuniaria 10 Januarii 1650, in §. nec eorundem Testium dicto, coram R. P. D. meo Othob.

Neque ad hunc effectum suffragari poterit instrumentum donationis à Monasterio S. Martini factæ Monachis Sanctæ Crucis de Urbe, donec beneplacitum Apostolicæ Sedis in ipso donationis

- 2 Instrumento expressè reservatum, et proberur expeditum; cum alias prædictæ donationi Sacri Canonis absolutè resistent, ut in cap. nulli, cap. quisquis cap. non liceat Papæ, cap. nobis 12. quæst. 2. cap. 1. ibique gloss. in verb. ad aliam cap. nulli, cap. possessiones de reb. Eccles. non alienan. cap. 1. eod. tit. lib. 6. & in extravaganti ambitiosæ eod. tit.
- 3 Sententiarum verò justitia dignoscitur ex publico Instrumento Censuum, et cum creditum inde resultat indubitatum, ad trad. per Bald. in l. generalis n. 5, c. de sacr. sanct. Eccles. & in l. qui semel. n. 24, in fin. C. quomodo. & quando Judex, Dec. conf. 423, n. 10. Rota decif. 456, n. 2, part. 2, recent. & coram bon. mem. Urgell. decif. 40, & 401, utrobique n. 1. Ac hypotheca in ventre Cameralis obligationis inclusa, secundum Zacch. de oblig. Camer. q. 31, n. 8. Cæsar Barzium decif. 108, n. 29. Rota coram Burat. decif. 905, n. 2, & in Romana Salviani de Casalibus 21. Junii 1641, cor. R. P. D. mea Cerro;

Utique verò possessio Joannis Francisci scilicet debitoris, qui in Instrumento impositi Censuum fidejussor accesserat, ac recens Rei modò conventi, justificatur ex sententia adjudicationis per hunc in eisdem bonis reportata tanquam hæreditariis Joan. Francisci, ut notat Barbat. consil. 14, n. 19, & 20, cum seq. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 44, n. 20. Fusar. de subst. quæst. 618, n. 29. Rota decif. 456, n. 4, part. 2, recent. Accedente præsertim possessione subsequuta, ac litis sustentatione ad hunc effectum ponderata, Verall. decif. 369, part. 2, & coram Cæsar. de Grass. decif. 4, de restit. spoliat. His enim omnibus justificatis Judicium Salviani canonizatum in sententiis legitime intentatum fuisse convincitur, ad text. in l. 1, ff. de salu. ibique Bart. n. 3, & in l. 1, post gloss. C. de precario, & in l. rem alienam n. 5, ff. de pignor. act. Menoch. de adipiscen. rem. d. 3, quæst. 29, n. 160, & aliis relatis auctoritatibus, dixit Rota in Romana Salviani 12. Januarii 1646, & 26. Febr. 1646, coram bon. mem. Arguelles.

Nec justitiam sententiarum infringit exceptio donationis horum honorum ante præfati Censuum impositionem à Jo. Francisco, in proprios filios collata, quasi hypothecæ defectus inde resultet Salviani exclusivus, quia allegari non potest ab iis, qui eadem bona tanquam hæreditaria Joan. Francisci sibi fecerant adjudicari, ut huic objecto respondit Rota coram R. P. D. meo Bichio, sub die 18. Martii 1650, in §. non obstat; Præterquam prædicta donatio ab ipso Joan. Francisco revocata fuit, vigore facultatis sibi reservatæ in iplomet donationis Instrumento, ac pluribus aliis exceptionibus probatur obnoxia ex parte Monasterii, adeoque tanquam turbida, & alterius indignis in hoc judicio non admittitur, ad text. in l. final. ff. quor. bonor. Ripa in rubr. ff. de pignor. n. 19. Menoch. de adipiscen. rem. d. 3, n. 18. Surd. conf. 4, n. 36. Natt. conf. 531, n. 4. Rota coram Seraph. decif. 1168, nu. 1, & post Pacific. de Salvian. decif. 35, n. 8, & decif. 52, n. 7.

Minus etiam impugnari poterit eadem sententia, quod condemnet ad fructus post domum censuatam sciente domino Censuum evictam, ac censu consequenter extincto, omnino indebitos secundum Cenc. de cens. part. 3, cap. 1, q. 7, n. 1. Rota coram bo. me. Urgell. decif. 449, n. 2, & in Romana census 29. Aprilis 1630, coram Rev. D. meo Decano, & in Romana census 10, Junii 1641, coram R. P. D. meo Cerro. Vel quia reos quoque conventos condemnet ad renovationem fidejussoris, cui extincto Censu, locus esse non poterat, sed restitutioni solummodo pretii, sive creationi alterius sub eadem qualitate, & quantitate, secundum eundem Cenc. de cens. q. 114, n. 10, & q. 116, pariter n. 10.

Siquidem constat super censito fundo plura per eundemmet Lelium facta fuisse melioramenta per Peritum æstimata in scutis bis mille quinquaginta, & ultra, quæ extinctionem Censuum excludunt, dum in eisdem etiam melioramentis poterat sustineri secundum Cenc. de cens. part. 1, cap. 2, art. 6, n. 37. & per Rot. in Rom. Censuum 15. Januarii 1607, coram Penia, post eundem Cenc. decif. 54, n. 6, & in Romana Legatorum de Columna 27. Januarii 1614, coram Sacrato, post Pacific. de Salvian. decif. 83, n. 14, & in aliis recensitis per Add. ad decif. Greg. 225, n. 16. Quinimo admittitur etiam Censuum resolutione, fructus quoque exigi possent saltem loco damnorum, & interest. sed eadem nullitas ex defectu materiæ, non autem formæ proveniebat, ut quia super bonis fideicom-

deicommissi erat impositus, ac restitutioni obnoxius, ut tradit Cenc. de censib. quæst. 19, n. 41. cum seq. & quæst. 88, n. 15, §. ego vero, Duard. eod. tract. §. 1, quæst. 7, n. 43, & 44, & distinguit Rota coram Seraphin. decif. 787, & in Romana Societatis prima Maii 1588, coram Gypso, post eundem Cenc. decif. 59, n. 13, & in Romana Censuum scutorum decem. & octo millium 9, Junii 1608, coram Gregor. post eundem Cenc. decif. 60, n. 4, & 5. Quæ sanè damna respectu quantitatis, ac temporis ex ipsomet impositi Censuum Instrumento probantur, ut notat idem Cenc. d. quæst. 19, n. 45. Durand. d. §. 1, q. 7, n. 44. Rota coram Seraph. decif. 372, n. 1, & 387, n. 6, & in Bonon. Censuum 26. Februar. 1644, coram Greg. & in Januen. Censuum 26. Febr. 1607, coram Manzanedo, & 2. April. 1609, coram eodem, penes Cenc. de censib. decif. 61, n. 8, decif. 62, n. 4, & decif. 63, n. 2. Eoque fortius in casu proposito debita videntur eadem damna, tum quia expressè fuerant in Instrumento promissa, quoties nullitas ex quocumque defectu, vel causa contingeret, ut ponderavit idem Cenc. q. 19, n. 42, & d. q. 88, n. 15. Duard. de censib. §. 1, q. 5, n. 9. Rota coram Seraph. dec. 383, n. 6, & 787, n. 1, & 10, & in Senogallien. prædii 24. Novembr. 1586, coram Bubalo post Cenc. dec. 13, n. 5, & in terminis fidejussoris, qui pro omnibus, & singulis à censuum venditore promissis accesserat in Romana census 19. Februar. 1618, coram Ubaldo, post eundem Cenc. decif. 389, n. 12. Tum quia ex parte Monasterii fuit ostensum, statim evicto censu plures diligenter pro recuperanda sorte in casum fuisse adhibitæ, quæ regulariter solent petitionem damnorum, & interesse contra censuum debitorem reddere legitimam, ut notat idem Cenc. de censib. part. 3, cap. 1, q. 3, art. 5, nu. 15, vers. secus autem secundum primam impressionem, & in addit. ad eundem art. 5, n. 13, & 14. Rota in Romana Censuum 12. Decembr. 1608, coram Sacrato, post eundem Cenc. dec. 288, n. 3. Quamvis nec eorum petitio præcesserit, nec condemnatio, cum in hoc utilis Salviani judicio non requiratur, ut respondit Rota in d. Senogallien. prædii 24, Novembr. 1586, coram Bubalo, post Cenc. decif. 58, n. 4, & 5, & coram Seraph. dec. 935, n. 2, & 3.

Hinc verò resultat responso ad alteram objecti partem excludentis renovationem fidejussoris, ob Censuum extinctum, cum vel ille adhuc in suo robore vigeat, in melioramentis videlicet, in censito fundo peractis, adeoque ex facto corruat objectio vel saltem legitime agi potuerit, censu quavis extincto ad renovationem fidejussoris, ut fundum liberum, nulloque fideicommissio, vel oneri subiectum assignet, juxta tenorem obligationis, cæteraque adimpleat in Instrumento conventa.

Non etiam eadem sententiæ poterunt de excessu redargui, ob condemnationem fidejussoris, ad restitutionem integræ fortis scutorum mille, & bis centum; quamvis triduo post stipulati census venditionem Petrus Paulus pro scutis bis centum bonam fidem recognovisset erga principalem censuum debitorem, ac Joannem Franciscum fidejussorem, cum duplex inde deducatur excessus, & fortis quæ non nisi in scutis mille poterit in sententia taxari, postquam scuta bis centum triduo post census creationem recepta probantur, ex præfato bonæ fidei recognitionis Instrumento. Et fructuum, qui singulis annis exacti pro integra sorte, ac proinde indebiti reliquæ fortis extinctionem induxerant, ut in his terminis tradit Masfr. ad Petrum Greg. de cens. n. 17. Fran. Milan. decif. 2, n. 64, lib. 2.

Præterquam enim non justificatur ex prædicto bonæ fidei instrumento Censuum extinctio, ut ex adverso supponitur, dum ibidè Petrus Paulus bonam fidem recognoscens, declaravit pro rata scutorum bis centum, ad sui commodum censuum fuisse impositum, & pro eadem rata relevare promisit indemnem ejusdem censuum venditorem, atq; fidejussorem. Quinimò subsistentia integri census potius indè convincitur; prout etiam ex observantia postmodum subsequuta per solutionem fructuum pro integra summa; Nihilominus, etiãsi census extinctionem Instrumenti verba præ se ferrent, eam tamen operari non poterant in præjudicium Monachorum, nec pro rata scut. 200, nec pro remanenti quantitate scut. mille, dum eorundem favore præcesserat expressa conventio, sive obligatio ipsius Petri Pauli, ut integer census scut. mille bis centum ex pretio venditæ Domus pro ejus evictione perpetuò maneret, & non nisi cum scientia, & consensu Abbatis, ac Monachorum S. Crucis extingui posset ad effectum creandi alium censuum ejusdem summe scut. mille, & 200, in casu secutæ extinctionis; fructus verò singulis annis inde retrahendi pro constitutione alterius scut. 500, deservirent, ut ambo in summa scut. 1700, pro emptæ Domus evictione obnoxii persisterent: Ex quibus exclusa censetur quælibet census extinctio, seu imputatio fructuum in sortem, ut ponderavit Surd. conf. 4, n. 38, 39, & 40. Rot. coram Seraph. decif. 1226, n. 3. Alias enim securitate promissa forent destituti, & pacta corruerent, ad quorum tamen observantiam tam Petrus Paulus principalis, quam Joan. Franciscus pro contentis in Instrumento, et principalis quoque principaliter, & in solidum obligatus adstringitur, nam conventiones præfatæ approbantur in jure, nempe in l. 1. §. convenerit, ff. depositi l. contractus ff. de reg. jur. §. sed hoc ita, Cenc. de censib. q. 59, n. 36, ubi hanc conventionem licitam esse concludit, nec impedire redemptionis libertatem, & n. 37. Modern. Rom. discept. forens. cap. 45, nu. 17. Sess. dec. 50, n. 26, in fin. Amat. decif. 50, n. 33. plenè Giurb. decif. 59, n. 46.

Denique ob stare non poterit Monasterio S. Crucis, idem Instrumentum recognitionis bonæ fidei factum à Petro Paulo, cujus hæredes et ex primuntur in monitorio eadem sorores Auctrices Monasterii, nec factum consequenter poterunt impugnare ad text. l. cum à Matre C. de rei vindicat. l. si ab eis C. de liber. caus. l. unum ex fam. §. sed si uno ff. de leg. 2. Cum non constet easdem Sorores fuisse hæredes Petri Pauli, ut ex adverso supponitur, nec Monitorium, licet ipsas enunciet filias Petri Pauli, & Angelæ, ac hæredes, hæreditariam tamen qualitatem concludit respectu primi tanquam æquivocum, cum verbum illud, hæredes, et immediatè cohæreat personæ Angelæ, 22 eique proinde tanquam proximè, ac ultimo loco nominatæ referri debeat, juxta gloss. in l. 1, in verbo dotis nomine ff. de leg. præst. notant DD. in l. hæredes palam §. sed si ff. de test. Abb. conf. 78, n. 2, vol. 2. Cephal. consil. 364, n. 9, Surd. conf. 272, n. 78.

Et ita, &c.

DECISIO LXVI.

R. P. D. ALBERGATO.

Auximana Dotium.

Luna 19. Junii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Auth. res quæ C. commun. de legat. non habet locum in fideicommissio transverfali.

- 2 Pater filias etiam divites tenetur dotare.
- 3 Accollans in se debitum efficitur principalis debitor.
- 4 Argumentum de alimentis ad dotem, concludit tantum affirmativè.
- 5 Legitima filiis etiam ditissimis debetur.
- 6 Transactionem impugnans accepta restituere tenetur.
- 7 Solemnitates in contractu utili non requiruntur.
- 8 Minor si factus major tacuit per quinquennium, & fecit actus positivos, censetur ratificasse contractum in minore etate confectum.

Alexander Gallus possessor honorum primogenituræ per bo. me. Cardinalem Gallum instituta, præveniendò eorum restitutionem, inter cetera ab Equite Bernardino ejus filio renunciatorio stipulatus fuit dotationem filiarum, & fororum respectivè; cujus obligationis vigore agente Augustino altero renunciantis filio, & renunciatarii fratre fuit hodie, utraque parte audita, resolutum Equitem Bernardinum teneri dotare forores de proprio; quia licet bona, de quibus dicebatur, huic oneri non sint obnoxia, * ex quo dispositio Auth. res quæ C. comm. de legat. non habet locum in fideicommissio transversali, Hond. conf. 76, n. 12, lib. 1. cum aliis congestis in Romana hereditatis 14. Decemb. 1646, coram bo. me. Arguelles, clara tamen viget in præsentii ipsius Bernardini obligatio, qui, ob præventivam eorundem honorum restitutionem, intuitu commodi; ex eis medio tempore percipiendi, Patri, * ita stipulanti, forores dotare promisit, ex quo propterea, onus huic inhærens dotandi filias etiam divites, & aliunde habentes, per text. in l. fin. C. de dot. promiss. & ibi Bald. n. 2, in fin. Soc. sen. in l. 1. n. 47, ff. sol. matrim. & conf. 100, n. 1, cum seqq. lib. 3. Alex. conf. 7, lib. 2, conf. 169, lib. 7. Curt. sen. conf. 27, nu. 35. Menoch. conf. 8, n. 7. Gratian. discept. 259, n. 5. Cocchin. decis. 143, n. 9. translatum fuit in Bernardinum onerum patris, * & in specie hujus, accollatarium Rot. post Cenc. de censib. decis. 547, n. 1, & in Leodieni. pecuniaria 28. Junii 1647. coram R. P. D. meo Bichio.

Non obstat, quod Rota coram Rever. D. meo Decano alias firmaverit alimenta in hac eadem renunciatione promissa censi debita officio Judicis, non jure actionis. Quia argumentum * de alimentis ad dotem concludit tantum affirmativè, non autem negativè; quamvis enim pater filiam divitem alere non teneatur, l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de liber. agnos. eam tamen dotare debet d. l. fin. C. de dot. promiss. & ita in terminis objecto respondent Alex. in l. 1, nu. 12, ibique Bolognet. n. 94, ff. sol. matrim. Jo. Corraf. in l. qui liberis n. 96. in fin. ff. de ritu nupt. idem Alex. dict. conf. 7, n. 11, lib. 2. Bardell. conf. 184, n. 25. Tirac. de primog. q. 62, n. 14, vers. denique, Baëza de non melior. filiab. c. 8, n. 34. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12, tit. 16, n. 16, ubi diversitatis rationem assignant, quia dos succedit loco legitimæ, non autem alimenta, legitima verò filiis * etiam ditissimis debetur, ut ad propositum arguunt, Ripa in d. l. 1, n. 54. ibique Bolognet. n. 95, Socc. jun. 163, ff. sol. matrim. Menoch. d. conf. 8, n. 3. Minus obstat quod obligatio ejusdem Bernardini sit destituta solemnitatibus Statuti Urbis, & Constitutionis Marchiæ. Omisso enim quòd ille de hujusmodi solemnium defectu * dare non potest ad effectum, de quo agitur, nisi restitutus fructibus 18, & amplius annorum ex causa hujus transactionis perceptis ad text. in l. si diversa, Cod. de

transact. cessare videtur objectum, quia cum ex tali contractu cum ejus patre gesto Bernardinus fuerit factus locupletior, * nullæ erant necessariae solemnitates, l. cum hi §. eam ff. de transac. l. si pupillorum, §. si obligaverit, ff. de reb. eor. l. si prædium, §. emptor. C. de prædijs minor. Bald. in l. neque, C. de contrah. & committ. stipul. Rot. cor. san. mem. Greg. decis. 31, n. 9, & in recen. decis. 545, n. 4, part. 1, decis. 47, part. 2, dec. 51, utrobique n. 3, p. 6, quinimò cum ille factus major eundem contractum approbaverit nedum per diuturnam patientiam, + sed etiam per plurimos actus positivos per Informantes recensitos non potest modo eum impugnare Abbas conf. 11, n. 19. Rot. decis. 81, nu. 6, & seqq. p. 6. recent. in Bononien. indemnitate 22. Maii prox. prat. §. fin. coram me.

Et ita conclusum fuit Equitem Bernardinum teneri dotare forores de proprio, ad quam autem summam, fuit dictum, quod particulariter videatur.

DECISIO LXVII.

R. P. D. BICHIO.

Romana Hereditatis de Gratianis.

Luna 27. Junii 1651.

SUMMARIUM.

- 1 Litigiosæ res alienari non possunt, limita ut n. 2, & 3. Sed contra n. 4, 5, & 6, res alienatæ à tertio revocantur sine novo processu, prævia tamen illius citatione n. 15.
- 7 Duran. decis. 281, declaratur.
- 8 Dotis favor non operatur, nisi quatenus utilitas, vel necessitas exposcit ex causa fideicommissi bona alienantur non extantibus liberis, n. 9.
- 10 Determinatio eadem ob diversitatem rationis equaliter non determinat, & n. 11.
- 12 Loquutio legis indistincta restringitur ad terminos rationis in ea contemplata.
- 13 Auth. res quæ C. commun. de legat. ratio fuit utilitas.
- 14 Mater ad dotandam filiam patruo est magis obligata.
- 16 Litigiosi vitium non impedit alienationem ex causa necessaria factam.
- 17 Litigiosæ rei alienatio prohibetur ratione fraudis, & ne sententia evadat elusoria.

Aperissima est prohibitio legis ne res litigiosa alienetur, & alioquin litigiosi vitium transeat in singularem + successorem, ut habetur in l. fin. Cod. litigios. ibique notant Doctores omnes, Grat. discept. 502, per tot. ubi signanter n. 37. infert posse idè executionem fieri recta via contra tertium possessorem à Ponte consil. 101, n. 5, lib. 2. Trentacinq. conf. 1, n. 88, lib. 2, alique à Moderno Panormitano in consuetud. Panormi cap. 22, n. 27, & à Moderno Forolivienfi de pignor. lib. 1. quæst. 18, n. 24.

Limitationi autem desumptæ ex ultima parte d. l. final. favore dotis, ibi, exceptis hujus sanctionis dispositione iis qui vel dotis nomine, &c. quam locum habere, sive agatur de dote restituenda, sive constituenda, tradit post alios Salon. de Pace consil. 35, num. 4, duas informantes pro Francisco Gratiano actore objecerunt fallentias. Alteram quando alienans habebat alia bona, + ex quibus dotem solvere posset, ut videtur sensisse Sicard. in ead. l. fin. sub num. 21, ibi fortassis non habet ita multa alia bona vel non habet alia, Cod. litigios. Cephal. consil. 64, numero 10, & seqq. ubi dicit

dicit rationem, quia ratio publicæ utilitatis vel necessitatis, cui dicta limitatio innuitur, non militat nisi in necessitate præcisâ; unde nec sufficit causativa ex text. in l. alienationis ff. famil. ercisc. l. post princip. ff. fund. dotal.

Alteram quando non agitur de bonis ejus qui dotare tenebatur, vel à quibus alias dos extrahi deberet, nam favor publicæ utilitatis ab Imperatore spectatus, applicari solum potest in bonis debitoris, non autem tertii, + contra quæ nulla potest actio, neque in subsidium competere, & nusquam à lege indultum dotibus reperitur, quòd solvi possint de bonis alienis in præjudicium veri Domini, ut per Bald. Novell. de dot. part. 11. privileg. 1, n. 23. inter tract. divers. tom. 9. fol. 259.

Adversus primam fallentiam ex adverso afferretur decisio Rot. 281. coram bon. mem. Urgellenfi ubi sub nu. 9. reprobatâ opinione Ceph. loc. supra allegato, utpote nullo fundamento mixta, * firmatur præfatam limitationem l. final. ad dotis favorem procedere quamvis alia bona suppetant, nam lex indistinctè loquitur, & sicut absurdum esset dicere legatum rei litigiosæ, quod pariter in eadem limitatione comprehenditur, ibi, vel per legati, &c. non valere, si adsint alia bona Testatoris, ita idem asserere de alienatione ex causa dotis cujus favor sub eadem legis determinatione comprehenditur ad text. in l. jam hoc jure, ff. vulg. & pupill. Imò favore legati est major, cum Reipublicæ interfit solvi dotes, & mulieres facilius nubere l. 1. ff. sol. matrim. & in his terminis Natt. conf. 401. num. 1.

Secunda pariter fallentia impugnabatur, quia exceptio alienationis ex causa dotis + quam Imperator in d. l. fin. adjecit, post generalem prohibitionem alienationis rei litigiosæ, intelligenda est secundum ipsius prohibitionis, ac regulæ latitudinem l. sed an ultro ff. neg. gest. Becc. conf. 153, n. 11. Cyriac. controver. 207, n. 21. Surd. dec. 124, n. 13, & sic de bonis solutioni dotis non obnoxii, & quorum dominium non spectaret ad debitorem alienantem, sed ab alio fuisset in Judicium deductam, in quibus jure cadit vitium litigiosi Auth. litigiosa Cod. litigios. Compostell. in cap. cum M. Ferrarier. n. 20. de Constit. Rot. decis. 173, n. 5, & seqq. part. 7. recent. cum aliis allegatis ab Add. ad Buratt. decis. 927, n. 24, & in terminis ad effectum ne possint alienari Capyc. Laro, decis. 170, n. 69, lib. 2. Ultra quod in casu nostro, è bonis alienatis, quamvis provenientes, à patruo, dos extrahi poterat, quia etiam patruus * dotare neptem tenetur, bonis ascendentium non extantibus, Rot. decis. 30, n. 8, p. 7. quorum non existentia probanda non est à possessore Rot. coram Mart. Andrea decis. 8, n. 5, & seqq. cum aliis allegatis in Ausimana fideicommissi 31. Januarii 1642. §. & ratio est coram Reverend. D. meo Decano.

Verùm replicando ad primum objectum, animadvertentur Domini in casu decis. 281. bon. mem. Urgellen. non constituisse quod alia bona non litigiosa, debitor dotis possideret, quodque idem Urgellen. n. 8. & 9. ex abundantanti, + & forsitan non ex mente Dominorum subdidit attendendum non esse, ut dixit Rot. decis. 97, nu. 78, p. 3. recent. quia patitur maximam difficultatem, cum favor dotis * ab Imperatore contemplatus ob necessitatem vel utilitatem Reipublicæ, operari non debeat, nisi quatenus exposcit eadem utilitas vel necessitas l. & si sine §. 1. ff. minor. Inf. in l. creditor n. 3, in 3. limit. ff. si cert. pet. Dec. conf. 403, n. 18. Decisiones ad Tract. de Alim.

& 21. Decian. conf. 20, n. 89, lib. 5. Surd. de aliment. tit. 9, q. 32, n. 27. Giurb. ad consuetud. Mess. c. 14. gl. 6. n. 3. Maltrill. in terminis d. l. fin. decis. 308, sub n. 4. ibi pro parva dote &c. undè exceptio dotis adjecta in d. l. fin. post generalem prohibitionem alienationis rei litigiosæ, intelligenda est quatenus alia bona non adsint, ut de permissione alienationis * ex causa dotis adjecta ab homine, 9 postquam generaliter alienationem prohibuerat, tradit Castr. conf. 64, n. 4, lib. 2. Alex. Trentacinq. conf. 12, nu. 16, lib. 1. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7, n. 2. Fufar. conf. 135, n. 4, conf. 151, n. 10, & 11. & de substit. quæst. 531, n. 129. Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 543, n. 5. ubi allegat concord.

Neque urget simile de legato contextualiter in d. l. fin. exceptuato, quia ratio subsidii illi applicabilis non est, + cum semper supponat alia bona existere penes hæredem, cui alias competeret ex ipso legato detractio falcidiæ §. 1. & tot. tit. Instit. de leg. falcid. l. 1. & seqq. ff. ad leg. falcid. & stante diversitate rationis inter legatum, & dotem non intrat regula pariformis determinationis * utriusque determinabilis, Diaz. de reg. jur. 11 reg. 188. limit. 1. & inter regulas jur. divers. to. 1. lib. 4. fol. 320. col. 2. vers. secundo quando esset Rimin. jun. conf. 50, num. 23. Fufar. conf. 184, sub num. 58.

Minus obstat quod d. lex fin. indistinctè loquatur de dote, & de bonis litigiosis quæ propriè dicuntur, ubi alterius dominium est in judicium deductum, quia adhuc restringenda est, + quoad fieri potest ad terminos rationis à legislatore contemplatæ, ejusdemque legislatoris mentem l. sci-re §. aliud versic. sed & si ff. excus. tutor. l. milites agrum ff. re milit. Feder. de Sen. consil. 4, n. 7. Oldr. consil. 9, num. 3. qui non præsumitur voluisse præjudicare dominio tertii l. nec avus Cod. emancip. liber. Liparol. in cap. 1, n. 5. de Vassall. decrep. etat. Card. Zabarell. consil. 35, nu. 7. ubi quod non præsumitur, quod lex velit uni favore cum læsione alterius, alique allegari à Morder. Neapolitano contr. jur. lib. 1. controver. 2. sub n. 23. Non obstante favore dotis, * & utilitate publica exinde resultante, sicut in simili utilitas hujusmodi quæ fuit ratio motiva, Auth. res quæ Cod. comm. de legat. ut advertit Rovit. conf. 54, nu. 16, lib. 1. non efficit quod pro dote alienari possint bona ejus qui dotare non tenebatur Bart. in d. l. auth. res quæ num. 3. Inf. ibid. n. 32, versic. 2. limita Alex. Trentacinq. consil. 35, n. 27, lib. 1. & consil. 1, sub nu. 91. versic. atque tenetur de feudo lib. 2. Marefc. var. r. sol. lib. 2. cap. 69, n. 20. Et gratis dicitur ex his bonis provenientes à patruo dotem in subsidium solvi potuisse; Cum imò adessent bona hæreditaria patris, * ac etiam matris ad dotandam filiam obligatæ magis quam patruus Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15, num. 68. Gomez. in l. 40. Tauri sub num. 87. versic. tertio notabiliter Rot. in Romana Pecuniaria de Querris 26. Junii 1644. coram clar. mem. Coccino.

Igitur ex utraque fallentia simul juncta Franciscus prosequendo Judicium immissionis intentatum contra Lælium ad bona quæ nusquam fuerunt in dominio ipsius Lælii debitoris dotis, sed Octavii, patruus Francisci, potest mandatum de immittendo in eo judicio obtentum exequi contra Attavantem, in quem, lite pendente, Lælius dicta bona alienavit, quo magis Attavante citato, * quod & admittit ex adverso allegata decisio Urgellen. 281, nu. 3. ibi, ea non citata, 1